

hanc sunt vulgares Chemicorum formulae, è Zvvelfero aliisque depromp-
 præ, coram ostendere poterit Clariss.
 Dn David Martinius, cui & plurimis
 aliis hæc omnia ultro obtuli; quod pro-
 fecto imprudenter admodum à me fa-
 ctum fuisset, si ejus culpæ cujus me con-
 vincere vult Barnerus conscius fui-
 sem.

En igitur mysteria, quæ pro suis ha-
 beri, & primo ex causis tradidisse vult
 Dn. noster Professor.

*§. I. Principia Chymica sunt vel Essen-
 di vel Cognoscendi.*

*Essendi principia sunt vel Naturalia,
 tria scilicet sic dicta prima, Sal, Sulphur &
 Mercurius; quibus addunt nonnulli Phleg-
 ma ac Terram inutilem; vel Artificialia,
 communia scil. axiomata de concursu Sali-
 um, Spirituum, eorundemq; effectis, precipi-
 tatione &c.*

*Principia Cognoscendi sunt termini tech-
 nici & Sigilla Chemicorum, de quibus ordine.*

*Analogiam Macrocosmi; item Curatio-
 nem per similia tanquam Chymia funda-*

menta